



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu**

**Pragae, Anno M.DCC.III.**

**VD18 13723553**

Officia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](#)



Tam in eorum admissione ad Societatem , quām ad Scholasticorum vota , post biennium Noviciatus , iuxta Societatis morē per Superiores admittendi sunt . Gregorius XIV. Constit. pag. 97.

### §. 2.

*Superiores tam in Novitiis admittendis,  
quām in dispensationibus cum eis, reti-  
nent auctoritatem, &c.*

Tam in Novitiis , cuiuscumque generis illegitimis admittendis , quām in dispensationibus ad quālibet Officia , gradus , & dignitates in Societate , ipsis cuiusvis generis illegitimis concedendis , formam , & rationem omnimodam in illis Apostolicis diplomatis , ac privilegiis quibusvis , nec non in Constitutionibus , Decretis , & Regulis expressam , liberē & licite prosequi , & retinere posse Societatem , decernit , & quatenus opus sit de novo concepit Gregorius XIV. in litteris pag. 102.



## OFFICIA.

### §. I.

*Absolutio ab Officiis, & eorum distri-  
butio.*

Abso-




Bsolutio ab Officiis , aut pri-  
vatio , à nullo Judice peti po-  
test. Paulus III. pag. 39.  
Propriique cujusque gradū  
judicium , & Officiorum discretio , ac dis-  
tributio , tota est in manu Præpositi Ge-  
neralis , vel eorum , quos ipse sibi ea cum  
auctoritate substituerit. Julius III. p. 18.

### §. 2.

#### *Facultas circa Officium.*

Facultas Officium anteponendi , & post-  
ponendi , est penè Societatem. Julius III.  
pag. 22. Eamque facultatem extendit , ut  
illud possit etiam Missæ Sacrificio ex causa  
postponi , idem Pontifex.

*Hac facultas conceditur omnibus Sacer-  
dotibus.*



## ORACULA.



On minoris sunt efficaciæ &  
valoris , vivæ vocis oracula ,  
quām si per Bullam , aut Bre-  
ve , ad perpetuam rei memori-  
am essent concessa , & hoc in foro con-  
scientiæ tantum. Concessit Leo x. Mi-  
noribus , per signaturam : ut in Bull. Re-  
gul , inter oracula hujus Pont. n. 4.

Vide